

CREDO

(Messe de Miséricorde)

Mus: Capax Kizis

$\text{♩} = 70$

Em D/F# Em/G Am7 B Em Am7 D/A G Bm7 Em Am G/B

6 Am7/C A7/C#D Em C Bm7 Am7 B7 Em Fine

et ter - rae, vi - si - bi - li - um om - nium et in - vi - si - bi - li - um.

10 Em Am/E Em C Bm Em Em Am Em C D.C. al Fine Bm7 Em

1. Et in unum Dominum Iesum Christum/ Filiū Dei unigenitum
et ex Patre natum ante omnia sācula.

Deum de Deo/ lumen de lumine/ Deum verum de Deo vero
Genitum, non factum, consubstantiale Patri:/ per quem omnia facta sunt.

2. Qui propter nos homines,/ et propter nostram salutem descendit de coelis.
Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine,/ et homo factus est.
Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato ;/ passus et sepultus est,
Et surrexit tertia die secundum Scripturas,/ et ascendit in coelum sedet ad dexteram Patris.

3. Et iterum venturus est cum gloria,/ judicare vivos et mortuos ; cujus regni non erit finis.
Et in Spiritum Sanctum,
Dominum, et vivificantem :/ qui ex Patre Filioque procedit,
Qui cum Patre et Filio,/ simul adoratur et conglorificatur :/ qui locutus est per prophetas.

4. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam.
Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.
Et expecto resurrectionem mortuorum,
et vitam venturi sāculi.Amen.